

NÚM. 36. Jueves 5 de Septiembre de 1889. AÑO XXXVII.



BOLETÍN DEL CLERO  
DEL  
OBISPADO DE LEBÓN.

DE PATROCINIO SANCTI JOSEPHI  
UNA CUM VIRGINIS DEIPARAE  
PRO TEMPORUM DIFFICULTATE IMPLORANDO

VENERABILIBUS FRATRIBUS  
PATERNIS, PRIMATIBUS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS  
ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS  
PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

LEO PP. XIII

*Venerabiles Fratres,*

*Salutem et apostolicam benedictionem*

Quamquam pluries jam singulares toto orbe deprecationes fieri, majoremque in modum commendari Deo rem catholicam jussimus; nemini tamen mirum videatur si hoc idem officium rursus inculcandum animis hoc tempore censemus.—In rebus asperis, maxime cum *potes tas tenebrarum* audere quaelibet in perniciem christiani nominis posse videtur, Ecclesia quidem suppliciter invocare Deum, auctorem ac vindicem suum, studio perseverantiaque majore semper consuevit, adhibitis quoque sanctis coelitibus, praeципueque augusta Virgine Dei genitrice, quorum patrocinio columen rebus suis maxime videt adfuturum. Piarum autem precationum positaeque in divina bonitate spei serius ocios fructus appetit.—Jamvero nostis tempora, Venera-

biles, Fratres: quae sane christiana reipublicae haud multo minus calamitosa sunt, quam quae fuere unquam calamitosissima. Interire apud plurimos videmus principium omnium virtutum christianarum, fidem: frigere caritatem: subolescere moribus opinionibusque depravatam juventutem: Jesu Christi Ecclesiam vi et astu ex omni parte oppugnari: bellum atrox cum Pontificatu geri: ipsa religionis fundamenta crescente in dies audacia labe-factari. Quo descensum novissimo tempore sit, et quid adhuc agitetur animis, plus est jam cognitum, quam ut verbis declarari oporteat.

Tam difficulti miseroque statu, quoniam mala sunt, quam remedia humana, majora, restat ut à divina virtute omnis eorum petenda sanatio sit. — Hac de causa faciendum duximus, ut pietatem populi christiani ad implorandam studiosius et constan-tius Dei omnipotentis opem incitaremus. Videlicet, appropin-quante jam mense Octobri, quem Virgini Mariae à *Rosario* dicatum esse alias decrevimus, vehementer hortamur, ut maxima qua fieri potest religione, pietate, frequentia mensis ille totus hoc anno agatur. — Paratum novimus in materna Virginis boni-tate perfugium: spesque Nostras non frustra in ea collocatas certo scimus. Si centies illa in magnis christiana reipublicae tempo-ribus praesens adfuit, cur dubitetur, exempla potentiae gratiae-que suae renovaturam, si humiles constantesque preces commu-niter adhibeantur? Immo tanto mirabilius credimus adfuturam, quanto se diutius obsecrari maluerit.

Sed aliud quoque est propositum Nobis: cui proposito diligenter, ut soletis, Venerabiles Fratres, Nobiscum dabitis operam. Scilicet quo se placabiliorum ad preces impertiat Deus, pluribusque deprecatoribus, Ecclesiae suae celerius ac prolixius optuletur, magnopere hoc arbitramur expedire, ut una cum Virgine Deipara castissimum ejus Sponsum beatum Josephum implorare populus christianus praecipua pietate et fidenti animo insuescat: quod optatum gratumque ipsi Virgini futurum, certis de causis judicamus. — Profecto hac in re, de qua nunc primum publice dicturi aliquid sumus, pietatem popularem cognovimus non modo pronam, sed velut instituto jam cursu progredientem: propterea quod Josephi cultum, quem superioribus quoque aeta-tibus romani Pontifices sensim provehere in majus et late propa-

gare studuerant, postremo hoc tempore vidimus passim nec dubiis incrementis augescere, praesertim postea quam Pius IX fe. rec. decessor Noster sanctissimum Patriarcham, plurimorum Episcoporum rogatu, patronum Ecclesiae catholicae declaravit.— Nihilominus cum tanti referat, venerationem ejus in moribus institutisque catholicis penitus inhaerescere, idcirco volumus populum christianum voce imprimis atque auctoritate Nostra moveri.

Cur beatus Josephus nominatim habeatur Ecclesiae patronus, vicissimque plurimum sibi Ecclesia de ejus tutela patrocinioque polliceatur, causae illae sunt rationesque singulares, quod is vir fuit Mariae, et pater, ut putabatur, Jesu Christi. Hinc omnis ejus dignitas, gratia, sanctitas, gloria profectae. Certo matris Dei tam in excelso dignitas est, ut nihil fieri majas queat. Sed tamen quia intercessit Josepho cum Virgine beatissima maritale vinculum, ad illam praestantissimam dignitatem, qua naturis creatis omnibus longissime Deipara antecellit, non est dubium quin accesserit ipse, ut nemo magis. Est enim conjugium societas necessitudoque omnium maxima, quae naturâ suâ adjunctam habet bonorum unius cum altero communicationem. Quocirca si sponsum Virgini Deus Josephum dedit, dedit profecto non modo vitae socium, virginitatis testem, tutorem honestatis, sed etiam excelsae dignitatis ejus ipso conjugali foedere participem.— Similiter augustissima dignitate unus eminet inter omnes, quod divino consilio custos filii Dei fuit, habitus hominum opinione pater. Qua ex re consequens erat, ut Verbum Dei Josepho modeste subesset, dictoque esset audiens, omnemque adhiberet honorem, quem liberi adhibeant parenti suo necesse est.— Jamvero ex hac duplici dignitate officia sponte sequebantur, quae patribus familiias natura praescripsit, ita quidem ut domus divinae, cui Josephus praeerat, custos idem et curator et defensor esset legitimus ac naturalis. Cujusmodi officia ac munia ille quidem, quoad suppeditavit vita mortalibus, revera exercuit. Tueri conjugem divinamque sobolem amore summo et quotidiana assiduitate studuit: res utrique ad victum cultumque necessarias labore suo parare consuevit: vitae discrimen, regis invidia conflatum, prohibuit, quaesito ad securitatem perfugio: in itinerum incommodis exiliisque acerbitatibus perpetuus et Virgini et Jesu comes, adju-

tor, solator extitit.—Atqui domus divina, quam Josephus velut potestate patria gubernavit, initia exorientis Ecclesiae continebat. Virgo sanctissima quemadmodum Jesu Christi genitrix, ita omnium est christianorum mater, quippe quos ad Calvariae montem inter supremos Redemptoris cruciatus generavit: itemque Jesus Christus tamquam primogenitus est christianorum, qui ei sunt adoptione ac redemptione fratres.—Quibus rebus causa nascitur, cur beatissimus Patriarcha commendatam sibi peculiari quadam ratione sentiat multitudinem christianorum, ex quibus constat Ecclesia, scilicet innumerabilis isthaec perque omnes terras fusa familia, in quam, quia vir Mariae et pater est Jesu Christi, paterna propemodum auctoritate pollet. Est igitur consentaneum, et beato Josepho apprime dignum, ut sicut ille olim Nazarethanam familiam, quibuscumque rebus usuvenit, sanctissime tueri consuevit, ita nunc patrocinio coelesti Ecclesiam Christi tegat ac defendat.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, facile intelligitis ex eo confirmari, quod non paucis Ecclesiae patribus, ipsa adsentiente sacra liturgia, opinio insederit, veterum illum Josephum, Jacobo patriarcha natum, hujus nostri personam adumbrasse ac munera, itemque claritate sua custodis divinae familiae futuri magnitudinem ostendisse.—Sane praeterquam quod idem utrique contigit nec vacuum significatione nomen, probe cognitae vobis sunt aliae eademque perspicuae inter utrumque similitudines: illa in primis, quod gratiam adeptus est à domino suo benevolentiamque singularem: cumque rei familiari esset ab eodem praepositus. prosperitates secundaeque res herili domui, Josephi gratia, affatim obvenere. Illud deinde majus, quod regis jussu toti regno summa cum potestate praefuit: quo autem tempore calamitas fructuum inopiam caritatemque rei frumentariae peperisset, aegyptiis ac finitimis tam excellenti providentia consuluit, ut eum rex *salvatorem mundi* apellandum decreverit.—Ita in vetere illo Patriarcha ejus expressam imaginem licet agnoscere. Sicut alter prosperus ac salutaris rationibus heri sui domesticis fuit, ac mox universo regno mirabiliter profuit, sic alter christiani nominis custodiae destinatus, defendere ac tutari putandus est Ecclesiam, quae vere domus Domini est Deique in terris regnum.

Est vero cur omnes, qualicumque conditione locoque, fidei sese tutelaeque beati Josephi commendent atque committant.—Habent in Josepho patresfamilias vigilantiae providentiaeque paternae praestantissimam formam: habent conjuges amoris, unanimatis, fidei conjugalis perfectum specimen: habent virginis integratis virginalis exemplar eundem ac tutorem. Nobili genere nati, proposita sibi Josephi imagine, discant retinere etiam in afflictâ fortuna dignitatem: locupletes intelligent, quae maxime appetere totisque viribus colligere bona necesse

sit.—Sed proletarii, opifices, quotquot sunt inferiore fortuna, debent suo quodam proprio jure ad Josephum confugere, ab eoque, quod emitentur, capere. Is enim, regius sanguis, maximae sanctissimaeque omnium mulierum matrimonio junctus, pater, ut putabatur, filii Dei, opere tamen faciendo aetatem transigit, et quaecumque ad suorum tuitionem sunt necessaria, manu et arte quaerit.—Non est igitur, si verum exquiritur, tenuiorum abjecta conditio: neque solum vacat dedecore, sed valde potest, adjuncta virtute, omnis opificum nobilitari labos. Josephus, contentus et suo et parvo, angustias cum illa tenuitate cultus necessario, conjunctas aequo animo excelsoque tulit, scilicet ad exemplar filii sui, qui acceptâ formâ servi cum sit dominus omnium, summam inopiam atque indigentiam voluntate suscepit. —Harum cogitationem rerum debent erigere animos et aequa sentire egeni et quotquot manuum mercede vitam tolerant: quibus si emergere ex egestate et meliorem statum anquirere concessum est non repugnante justitia, ordinem tamen providentia Dei constitutum subvertere, non ratio, non justitia permittit. Immo vero ad vim descendere, et quicquam in hoc genere aggredi per seditionem ac turbas, stultum consilium est, mala illa ipsa efficiens plerumque graviora, quorum leniendorum causâ suscipitur. Non igitur seditiosorum hominum promissis confidant inopes, si sapiunt, sed exemplis patrocinioque beati Josephi, itemque materna Ecclesiae caritate, quae scilicet de illorum statu curam gerit quotidie majorem.

Itaque plurimum Nobis ipsi, Venerabiles Fratres, de vestra auctoritate studioque episcopali polliciti: nec sane diffisi, bonos ac pios plura etiam ac majora, quam quae jubentur, sua sponte ac voluntate facturos, decernimus, ut Octobri toto in recitatione *Rosarii*, de qua alias statuimus, oratio ac sanctum Josephum adjungatur, cuius formula ad vos una cum his Litteris perferetur: idque singulis annis perpetuo idem servetur. Qui autem orationem supra dictam pie recitaverint, indulgentiam singulis septem annorum totidemque quadragenarum in singulas vices tribuimus.—Illud quidem salutare maximeque laudabile, quod est jam alicubi institutum, mensem Martium honori sancti Patriarchae quotidiana pietatis exercitatione consecrare. Ubi id institui non facile queat, optandum saltem, ut ante diem ejus festum in templo cuiusque oppidi principe supplicatio in triduum fiat.—Quibus autem in locis dies decimusnonus Martii, beato Josepho sacer, numero festorum de pracepto non comprehenditur, hortamur, singulos, ut eum diem privata pietate sancte, quoad fieri potest, in honorem Patroni coelestis, perinde ac de pracepto, agere ne recusent.

Interea auspiciem coelestium munerum et Nostrae benevolentiae testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque

vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus

Datum Romae apud S. Petrum die xv. Augusti An. MDCCCLXXXIX  
Pontificatus Nostri Duodecimo.

LEO PP. XIII.

ORATIO

AD SANCTUM JOSEPHUM

*Ad te, beate Joseph, in tribulatione nostra confugimos, atque implorato Sponsae tuae sanctissimae auxilio, patrocinium quoque tuum fidenter exposcimus. Per eam, quaesumus, quae te cum immaculata Virgine Dei Genitrice conjunxit, caritatem, perque paternum, quo Puerum Jesum amplexus, es, amorem, supplices deprecamur, ut ad hereditatem, quam Jesus Christus acquisivit sanguine suo, benignus, respicias, ac necessitatibus nostris tua virtute et ope succurras.*

*Tuere, o Custos providentissime divinae familiae, Jesu Christi sobolem electam; prohibe a nobis, amantissime Pater, omnem errorum ac corruptelarum luem; propitius nobis, sospitator noster fortissime, in hoc cum potestate tenebrarum certamine e coelo adesto; et sicut olim Puerum Jesum e summo eripuisti vitae discrimine, ita nunc Ecclesiam sanctam Dei ab hostilibus insidiis atque ab omni adversitate defende: nosque singulos perpetuo tege patrocinio, ut ad tui exemplar et ope tua suffulti, sancte vivere, pie mori, sempiternaque in coelis beatitudinem assequi possimus.—Amen.*

En su consecuencia, y aunque convencidos de que el celo de los Sres. Sacerdotes de la Diócesis, no ha menester recuerdos de ningún género para el exacto cumplimiento de cuanto se les tiene prevenido, nos creemos obligados á repetir lo que en años anteriores les decíamos al acercarse el mes de Octubre, recordándoles las disposiciones del Sumo Pontífice actual, y las de Su Sría. Ilma. y Reverendísima para la celebración del mes del Rosario, debiendo únicamente añadir que esperamos que en el presente año, agreguen á los ejercicios de piedad de los años anteriores la Oración á San José que queda insertada, haciendo entender á los fieles el fin porque ordena recitarla el Romano Pontífice y las gracias espirituales que concede por su recitación. A este objeto, y al de interesar á los fieles en favor del Vicario de Jesucristo en la tierra, sería muy conveniente que los Sres. Curas Párrocos, Económicos y demás encargados de la cura de almas, dieran lectura íntegra del texto castellano de la presente Encíclica, que

procuraremos, Dios mediante se publique en uno de los próximos números del BOLETÍN, haciéndoles al final las reflexiones que su celo y prudencia les sugieran para que unidos todos en caridad eleven sus preces al Todopoderoso pidiendo por la Iglesia y por su cabeza visible.

León, 2 de Septiembre de 1889.—Lic. Domingo Argüeso, Gobernador Eclesiástico S. P.

---

## COMPLICIDAD CULPABLE.

---

*El Estado Moderno*, consecuencia de las doctrinas protestantes y revolucionarias, moldeado en los falsos conceptos que economistas y políticos propalaron, derivándolos de la filosofía sensualista y haciendo teórica y prácticamente, en cuanto pudieron, aplicación inmediata de los mismos, no responde á los verdaderos principios que deben informar la acción tutelar de los poderes públicos.

El concepto de la sociedad, según las escuelas y doctrinas que hemos citado, es puramente mecánico, y no orgánico; mecánico, porque parte de la negación explícita ó implícita de Dios, y, por tanto, del fin del hombre y del fin de la sociedad; mecánico, porque sólo ven materia y átomos, y una finalidad puramente material, que consiste en el desarrollo ó combinaciones de esos átomos.

El destino inmortal del hombre, la necesidad de que la vida social y política conspire á este destino final de la criatura humana, esto es desconocido y combatido por las escuelas políticas modernas; y como consecuencia, el papel del Estado se ha de limitar á una mera pasividad, á un orden puramente material, pero sin principios morales; á una interinidad de la anarquía, á un *modus vivendi* con el desorden.

Pero si los católicos han de trabajar porque no sigan imponiendo tales principios en el poder, deben conocer, que, mientras estas doctrinas racionalistas en más ó en menos dominen ó influyan, es preciso que, sin dejar de trabajar constantemente para sustituirlas con los verdaderos principios, consideren que tienen un enemigo capital y poderoso, y en cuanto ese enemigo les permita, deben procurar con todo ahínco trabajar prescindiendo de los Gobiernos; y no buscar excusas al pecado de su apatía en la magnitud de las dificultades.

Hay una porción de publicaciones, de sociedades, de industrias que viven á la sombra de los Gobiernos modernos, pero cuya protección no es directa, y bien podrían no existir ó ser fuertemente contrarrestadas si se convenciesen los católicos de que deben cooperar á lo bueno y no contribuir á propagar el mal.

¡Cuántas obras buenas podrían fomentarse con pequeños sacrificios por parte de quienes, aún desde el punto de vista material, habrían de encontrar en seguida la recompensa!

¿Por qué proteger á los comercios que se abren los días festivos, ó en que se expenden láminas obscenas?

¿Por qué inscribirse en la lista de socios de casinos que son casas de juego, centros de murmuración y de holganza, destructores de la vida de familia?

¿Por qué contribuir al sostenimiento de asociaciones científicas ó literarias, influidas por la masonería ó por el pasionalismo?

En cambio los buenos periódicos y libros, las asociaciones científicas y literarias, católicas, las empresas honradas, son las únicas que deben merecer la protección, ya material, ya moral, de los buenos cristianos.

Querer un fin y no poner los medios, es un contrasentido.

Lamentarse de los males que nos circunda y en seguida contagiarse, contribuyendo á dar ganancias á las empresas teatrales de espectáculos indignos; á los casinos que son casas de juego, á los ateneos que entran con todas como la romana del diablo, y que practican el principio del libre examen; obras que, sin el concurso de los católicos, no se sostendrían, es ser partícipe de lo mismo que se censura.

Necesario es usar de todos los medios lícitos en la lucha, fomentando los buenos centros y las buenas obras, y combatiendo lo que contribuye á la desmoralización y á la difusión del materialismo.

(De *El Movimiento Católico*).

---

## SOLEMNE NOVENARIO EN EL REAL SANTUARIO DE NUESTRA SEÑORA DEL CAMINO.

El día 19 del corriente mes de Septiembre se dá principio á la novena-misión de Nuestra Señora del Camino en la Iglesia de su Santuario, que concluirá el 27 del mismo.

En cada día de los nueve habrá, á las ocho de la mañana, misa solemne, y á continuación se explicará un punto de doctrina. Por la tarde, á las cuatro, el Santo Rosario, novena y sermón y luego se rezará el Via-crucis. En el último día, habrá misa de comunión general á las siete, y otra solemne, á las diez, con sermón.

Está encargado de los sermones y de los puntos de doctrina, el Rvdo. P. Manuel Fernández, Religioso Dominico.